



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VIII. Die Herzogin Agnes von Braunschweig bestätigt dem Altare der h.
Elisabeth in der St. Stephanskirche zu Tangermünde zehn Hufen zu
Dahlem, am 4. Januar 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

VIII. Die Herzogin Agnes von Braunschweig bestätigt dem Altare der h. Elisabeth in der St. Stephanskirche zu Tangermünde zehn Hufen zu Dahlein, am 4. Januar 1322.

Dei gracia Nos Agnes, Ducissa Brunswicensis, Recognoscimus publice per presentes, quod visa donatione triginta solidorum de decem mansis in villa Dalem facta per illustres nostros progenitores Altari Sancte Elyabeth, sito in Ecclesia Sancti stephani in Tangermunde, eandem donationem approbamus approbatamque tamquam salubrem presentibus literis in domino confirmamus, volentes colonos dictorum mansorum perpetue fore liberos a seruitio curruum, sicut eciam littere dictorum progenitorum nostrorum super hoc date, quas vidimus, dilucide protestantur. Presentes huic nostre approbationi seu rathabitioni fuerunt Gherardus de Kercowe, miles, atque Hermannus de Luchowe, noster notarius, cum aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo munire iussimus prefens scriptum, in Tangermunde, Anno Domini Milleesimo CCC°. XXII., feria secunda ante Epiphaniam eiusdem.

Gersken's Dipl. I, 599. 600.

IX. Der Rath zu Stendal bekundet, daß er für einen Altar in der St. Stephanskirche zu Tangermünde demselben von dem Herzoge Otto von Braunschweig und dessen Gemahlin aufgegebene Gebungen in Ost- und Westinsel, sowie zwei Hufen im Felde von Calbu, gerichtlich angenommen habe, am 18. März 1330.

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Gunteri, Cristianus Plonys, Conradus Hidde, Wyneko et Gylo de Scadewachten, Conradus de Scepelliz, Johannes de Brunfwic, Hyaricus de Bylmark, Arnoldus et Arnoldus ambo Vlasmenger ac Rodolphus Werner, Consules ciuitatis Stendal in Marchia, Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod in auctumtum cultus diuini et ad petitiones illustrium principum Domini nostri Ottonis, Ducis Brunswicensis, et magnifice Matrone Agnetis, Ducisse, uxoris eiusdem, Domine nostre, honorum infra scriptorum sex frustorum reddituum, sitorum in villa Ostheren, scilicet in curia Henningi Ellinge quatuor frosta filiginis et ordei, in Westheren in curia Arnoldi prefecti tredecim modios ordei, in curia Arnoldi de Welle XXIII modiorum ordei et in curia Petri Rodolphi dimidium chorum ordei, liberorum ab omni precaria et a quacunque exactione, quocunque eciam nomine censeatur, pro usu et comodo altaris fundati et dotati in ecclesia sancti Stephani in Tangermundis in honorem gloriose Virginis Marie et beate Anne inclite matris eiusdem, ut plenum patet in priuilegiis super hoc liquido confectis, Et pro usu Domini Hinrici Man et successorum seu ministrorum eiusdem altaris, qui pro tempore fuerint, a predictis principibus ad manus sepedicti altaris et ministrorum eius, in pheodacionem tamquam consules recepimus per investituram corporalem, cum duobus mansis suis in campis ville Calbu, quos habebat et possederat quondam Scermbeke, qui eciam ad usum predicti altaris et ministrorum ipsius sunt nobis in ipsa villa iudicialiter resignati. Quos redditus et mansos principes predicti prememorato altari per donacionem tradicionem et assignacionem incor-